



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 88. Propositiones ex Colloquiorum libro a Facultate damnatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

§. LXXXVIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1526.*Propositiones ex Colloquiorum libro a
Facultate damnatæ.*

Porrecto hoc libello mox ad libri damnationem procedebatur. Igitur Doctores die decima sexta Maji sententiam ferunt, ac pronuntiant. *I. Auctor hujus libri tanquam Ethnicus homo Religionem Christianam, & sanctas ejus observantias ridet, subjannat, dilacerat, & immutandas decernit. II. In Dialogo de adversa valetudine impudenter irridet devotionem, quam habet populus ad sacra Religionis habitus, innuitque, quod nulli Sancto pro morbo curando votum nuncupetur. III. In Dialogo de visendo loca sacra ridet votum Hierosolymitanum, mentiens omnia, quæ videntur Hierosolymis commentitia esse, & excogitata ad alliciendos simplices, & credulos. IV. In Dialogo de confessione militis impudentius loquitur de Confessione Sacramentali. V. In Dialogo, qui inscribitur, Pietas puerilis, censet grave peccatum non esse transgredi Constitutiones Ecclesiasticas, dein tradit, quod sufficeret confiteri soli Deo, si non aliud Ecclesia ordinasset. Post hæc reprehendit modum disputandi Theologorum, unde complures abstinent a Theologia, eo quod vereantur, ne vacillent in fide Catholica. VI. In Dialogo de convivio profano,*

K 5

absti-

Sæc. XVI. A.C. 1526. abstinenciam a carnibus ab Ecclesia indictam
 carpit, quasi illa aduersetur libertati Evan-
 gelicæ. VII. In Dialogo de convivio spi-
 rituali vult, quod vestitus præscriptus, je-
 junium, Sacrificium, preces, & quies diei
 festi sint affinia Judaismo. VIII. Præten-
 dit, quod vulgus totam suam salutem in ca-
 remoniis, Baptismo, Exorcismo, Catechis-
 mo, sale & aqua constituat, & maxime si-
 dat Unctioni, Confessione, Confirmationi,
 Eucharisticæ, Matrimonio, Ordini, quasi
 Christiani per sola Sacramenta sperent sal-
 vari sine adimplentione præceptorum Dei.
 IX. Peccatum capitale iudicat ornare tem-
 pla, ditare Monasteria. X. In Dialogo,
 qui dicitur: Apotheosis Capnionis, Reuchli-
 num excessive commendat, dum ipsum confert in
 gloria cum D. Hieronymo, eumque adscri-
 bit numero Sanctorum, eique orationem as-
 signat. XI. Pium II. in Divarum nume-
 rum retulisse Catharinam Senensem in gra-
 tiam ordinis, & Religiosorum inquit. XII.
 Docet acquiri virginitatem per actus carnales,
 ac præfert castitatem conjugatorum castitati
 Sacerdotum, & Religiosorum. XIII. In
 Dialogo Eubuli, & Catharinæ, statum Re-
 ligionis maxime vituperat; ingredi Religio-
 nem invitis parentibus dicit esse contra legem
 naturalem & divinam; doctrinam, quæ do-
 cet ingressum Religionis, vocat Pharisæicam,
 & contrariam doctrinæ Apostoli. XIV.
 In Dialogo militis, & Carthusiani, care-
 monias

monias Religionis maxime parvi pendet, & Sæcul. XVI.
 omnem ab illis fiduciam auffert, atque in- A.C. 1526.
 quit: Rasum caput, & vestis color non com-
 mendat me Deo. XV. In Dialogo, qui
 dicitur, naufragium, impie ridet titulos,
 quos Ecclesia recte tribuit Beatæ Virgini:
 comparateam Veneri, & facit ei illam succedere
 in agenda cura Nautarum. In Dialogo,
 qui dicitur: Inquisitio de fide, damnantur
 præcipue quinque errores. Alium ad-
 huc edidit Dialogum Franciscani, in
 quo Erasmus contendit: Convenientius
 esse, quod Religiosi non differant vestibus a
 ceteris.

Hi sunt præcipui errores, quos Fa-
 cultas Theologica in Erasmi libro dam-
 naverat.

§. LXXXIX.

*Libri a Beda contra Erasmus scripti
 venditio a Galliarum Rege
 prohibita.*

Insuperhabita Facultatis damnatione
 Franciscus Galliarum Rex, si Erasmo
 fides adhibenda, tantopere indignaba-
 tur censuras, quas Beda ferebat, ac
 præcipue illas, quibus ejusdem Aucto-
 ris Paraphrases in novum Testamentum
 perstrinxerat, ut illas in Regno diven-
 di prohiberet, eo potissimum nomine,
 quod hac in re suam quoque auctorida-
 tem

*Inter epist.
 Erasmi l. 29.
 ep. 73. p. 802.
 & l. 20. ep.
 14 p. 974. &
 l. 24. ep. 4.
 p. 1281. Id.
 ep. 62. l. 19.
 p. 877.*